

Dei Filium ejusdem esse cum progenitore natura, potestate atque aeternitate parem; ipse ex adverso Filium affererat esse diversa a Patre inferiorisque natura, atque a Patre in tempore ex nihilo creatum. Alexander illum, privatis primum admonitionibus & benignis officiis, conatus ad veritatis cognitionem reducere, obstinatus tamen infisitatem, falsaque doctrinæ virus ad animarum perniciem latius spargentem, fidellum communione submovit. ARIUS ad Eusebium Cesareum Palatine Episcopum confugit, quem suæ focium & fautorum hæresis nactus est, cum aliis eadem lue infectis Episcopis, Paulino Tyri, Patrophilo Scytopolis, Athanasio Anazarbi, Theodoto Laodicea, Gregorio Beryti, Aetio Lydda, quæ aliter dicta Diopolis. Nec multo post, scriptis ad Eusebium Nicomedensem Episcopum litteris, ipsum in suas partes allexit, virum auctoris arbitrio instruissimum, cuius permagna erat apud Constantinus Augustum gratia & auctoritas. Plures etiam clericos, Deoque sacras virgines, atque ex plebe plurimos, universam Meletianorum schismatistarum factionem sui dogmati contagione pervertit. Fuitque brevi completum in Ario Apostolicum hoc oraculum: *Mali autem homines & seductores proficiunt in pejus, errantes & in errorem mittentes.*

2. Serpente latius malo, Arianusq[ue] insolentius indies tumultuantibus, Alexander Alexandrinus Antistes inumeras ad Episcopos litteras conscripsit, atque in his laudatissimam quæ supererat ad sibi cognominem Alexandrum Constantinopolis Episcopum. Sylvester Romane universae Ecclesie Pontificis hujus ingravescens pernicie admotus, Osius sapientissimum, & religiosissimum Corduba in Hispania Beatica Episcopum, cum amplissima potestate delegavit ad Constantinum tunc Nicomediam, ubi Episcopatum gerebat Eusebium, degentem, nec non ad Ecclesias Orientis & Ægypti ad extinguendum quæcunq[ue] fieri posset istud incendium. Ipse autem Constantinus nullas Osius legationis litteras expedivit, nullum ei mandatum, nullum commonitorium quod rescripsi possit scripto traxit, nulla illum potestate divali præmunivit, sed tantummodo litteras illi ad Alexandrum & Arium privatim scriptas, quales confaverat Eusebium Nicomedensis, tradidit perferendas. Quin etiam in his duabus epistolis ne quidem Osius nomen exprimit, neque ulla sit ejusdem mentio, nisi tamquam nuncii; perinde ac si simplex tabellarium munus obiret. Cum igitur nullam per litteras delegationem Osius Constantinus imposuerit, nullus est dubitandi locus aliunde legationis munere ac potestate instruuntur roboranturque fuisse. Undenam vero nisi a Summo qui tunc erat Pontifice Sylvestro? Et quanam ratione potuisse alienus, neque majorum sedium Episcopos in remotissimas provincias, atque adeo in secundam dignitate toto terrarum orbe Ecclesiam Alexandrinam se in gerere, ibique Synodus Episcoporum usque adeo celebrem cogere, ut eam Athanasius Apolog. 2. vocet generalem? Non alia fane ratione quam quia prefente Apostolice sedis Legato, Episcopi provinclarum quacunque parsabant Alexandrino Patriarche, in id Concilium convenuerant.

3. In hinc Constantini ad Alexandrum & Arium litteris, malus Eusebii Nicomedensis animus se perspicue prodiit, quem Imperator singulari amore prosequebatur, & cuius consilium in rebus religionis exquirerat. In primis, prima & præcipua culpa in Alexandrum refunditur, deinde tam acris disceptationis caussam levis esse momenti afferit, nec prorsus ad res fidei aut animarum salutem pertinere. Eusebius autem Cesariensis pariter Ariani addicissimus, hæc Constantini litteras ideo suæ de vita Constantini historias interferunt, ut omnem turbaram causam in Alexandrum unum rejiceret, Ariique dogma ab omni censura vindicaret.

4. Digressus a Constantino Osius Alexandrinus concessit, ibique dissidentes animos ad pacem & concordiam traducere pro viribus laboravit, & studuit. Concilium eadem in urbe indixit, ab Athanasio apol. 2. & Socrate lib. 3. c. 5. memoratum: qui referunt discutunt in illo fuisse Arianorum & Meletianorum caussam, damnatum etiam impii Sabellii dogma, divinarum Trinitatis sanctissimæ personarum distinctiones inficiant. Addit Athanasius fuisse ibi quoque Colluthum condemnatum Presbyterum Alexandrinum, eo quod cum Presbyter tantummodo esset Ecclesia Alexandrina; plerosque Clericos ordinare presumperit: ideoque & illum, & quotquot manus impositionem ab illo acceperant, fuisse ab Oso in ordinem redactos. Addit Socrates in eadem Alexandrina Synodo fuisse constitutum, ne voces deficerent per quas fidei veritas exprimeretur, ut in Sanctissima Trinitate unica predicaretur *in*, tres vero ad distinguendas personarum proprietates, dicerentur *in*.

5. Cum vero Ariani despecta Concilii Alexandrinii auctoritate se insolentius efferent, perversumque dogma

propagarent, visum est controversiam esse ecumenicam & insigniori Synodo dirimendam: hanc itaque Constantinus, assidente Sylvestro Papa, Nicæa in Bithynia Asia Provincia indixit. Ipseque Imperator religionis specimen egregium dedit, missis in omnes partes cursum & litteris, quibus Episcopos ad Synodum ut convenirent incitavit; eorumque pro Dei cultu, fidei integritate, totiusque Ecclesia pace atque dignitate, quam maxime potuit zelum studiisque succidit. Væcturas itinerum, omnesque viæcū impensas, tam ipsi quam illos comitantibus & familiaribus large providit. Nicæam itaque ex diversis orbis terrarum plagiis trecenti & octo Episcopi convenirent. Paulino & Juliano Consulibus, anno Chr. 325. auspiciatum est in Nicæa Metropoli Bithynia, ut traditum Concilium Chalcedonense act. 2. tenuitque usque in diem viii. Kalendarum Septembri a die inchoationis, qui fuit xiii. Kalendas Julii, ut confessi Synodus Chalcedonensis, & vetustissima Cœfœniana collectio. Ex quibus corrigendis, tum qui Synodus in alium Consulatum rejiciunt, tum qui plures ei annos attribuunt.

6. Synodo præfuderunt Osius Cordubensis Episcopus, qui primus ei subscriptus, quemque Dalmatius, five Gelasius Cyzicus Episcopus referit in hujus Concilii Historia, Sylvestri Romani Episcopi sedis Legatum, & cum hoc duo alii Apostolici Legati Victor & Vincentius Romanæ Ecclesie Presbyteri. Hi tres supra ipsos omnes præcipuarum Ecclesiarum Antistes ac Patriarchas confederant, & subscripti erunt. Interfuerunt Alexander Alexandriæ Ægypti Episcopus, Eustathius Antiochiae, & Macarius Jerolymæ Episcopi, Alexander Constantinopolis, aliquie Præfuses, quorum præcellens sanctitas Ecclesie fatis consignatur & colitur. Paphnutius Thebarum Ægypti, Potamon Heracleæ Ægyptiorum, Spiridon Trinophytus Cyri, (his duobus Potamoni & Spiridioni olim propter Christianæ fidei professionem, in persecutione Maximini, alter oculus fuerat effossus, & poples succidit) Paulus etiam Cesarea Euphratensis, qui sub Licinio cædantem laminarum cruciatum sufficerat; Jacobus Nisibis in Mesopotamia, qui mortuo (ut narrat Theodorus) ad vitam revocaverat, qui que Nisibim obsidens Persarum copias semel & iterum, fuisse ad Deum precibus, immenso culicum agmine fugavit: Arostanas etiam in Armenia superiori Episcopus, Gregorius Armeniæ discipulus, & in Episcopatu successor. Utrum vero Nicolaus celebreritus Myre Antiæs in Lycia, Concilio interfuerit, non est adeo exploratum. Interfuisse affirmant ejus acta, que Methodius conscripsit. Cæcilius pariter Carthaginensis Episcopus tantopere ab impio Donatistis exagitat in Nicæanis Antistes confudit, ut testatur Athanasius orat. i. contra Arianos, Gelasius Cyzicus, & Concilium Carthaginense sextum.

7. Verumtamen quod scriptum est in libro Job hoc pariter accidit: *Cum venissent Filii Dei ut afficerent coram Domino, adiutis inter eos etiam Satan.* Interfuerunt namque cum sanctissimis illis Präfulibus Ariani Episcopi, uterque Eusebii Cesariensis & Nicomedensis, Paulinus Tyri, Theognis dictus, alias Theognis Nicæa, Menophantes Ephesi, Patrophilus Scytopolis, Narcissus Herodiadix, Theonas Marmarica, Theodosius Laodicea, Athanasius Anazarbi, Gregorius Beryti, Aetius Lydda, Maris Chaledonis, Secundus Ptolemaidis, Paulus Laradenis. Hi primum calumniosis accusationibus, & famosis oblatis libellis, orthodoxos Antistes infedati sunt apud Imperatorem: qui tamen porrectos sibi libellos legere noluit, sed omnes involucro conclusos & sigillatos palam concremavit; professus Episcopos a Deo judicandos, si autem Episcoporum iudicio in illis quæ ad Ecclesiam & proprios mores spectant subesse. Occultanda præterea esse Sacerdotum delicta, ne inde aliqui anfan arriperent scandali ac despiciencia facti ministeri, ut scribunt Rufinus lib. i. c. 2. Sozom. lib. i. c. 17. Theodosius lib. i. cap. 11. Gregorius Papa lib. 4. epist. 73. ad Mauricium Augustum, & Carolus Magnus in Capitularibus lib. 6. cap. 301.

8. Constitutum in primis fuit pro inconcuso fundamento, a Nicæanis Patribus nihil contra fidem ab antiquo traditam, & hæcens in Ecclesia receptam, innovandum esse: ut ibid. scribit Sozomen. Lecta deinde sunt Arii scripta, & damnabilis Eusebii Nicomedensis epistola. Ipsius præsentes interrogati, & auditi: quos aliquique pervaicias Arianos Athanasius, etiamnum juvenis & Diaconus, quem Alexander secum eo fine adduxerat strenue disputando refellit. Qua ex causa odium Ariorum implacabile in se concitavit. Laudem etiam in his disputationibus adeptus est insignis Marcellus Ancyra Episcopus: Vide Athanasius orat. contra Arianos; Greg. Nazianz. orat. in laudem Athanasii; Socratem lib. i. c. 8. qui adversarios, cum quibus Athanasius est in Concilio congressus, nominat, Arium hæresiarcham, Euse-

Concilii Nicæni I. Historia.

69

DE ORDINE ET CONSESSU

Patrum tum in Nicæna Synodo, tum in aliis in sequentibus ecumenicis.

1. IN primis sciendum, delegatos ab Episcopis absentibus eodem olim ordine sedisse, quo ipsi delegantes Episcopi præsentes confeserint. Idcirco in multorum Conciliorum actis & subscriptionum serie, plurimum Presbyteri & Diaconi altius compluribus Episcopis subfringuntur.

2. Ex eisdem subscriptionibus & actis pariter liquet, Legatos Apostolicos sedis, quippe qui vices Summi Pontificis gerunt, sedis & subscripti super quoque Consecratione Patriarchas, suisque Conciliorum Presides. Inductione hoc patet in Nicæna quam pertractamus Synodo, in qua Legati præfuderunt Sylvestri Papa, Osius, Victor & Vincentius Presbyteri. Hos sequeruntur Alexander Alexandria, Eustachius Antiochiae, Macarius Jerolymorum Episcopi.

3. Paucis a Nicæna annis præfuerant Synodo Sardicensi nomine Sylvestri, Osius Episcopus, Vincentius Capuanus, Caledopus Neapolitanus; deinde sequitur Athanasius Alexandria.

4. In Constantinopolita prima nulli Apostolici Legati interfuerunt: quia tunc temporis Damafus Papa aliam Roma Praefulum Occidentis Synodum celebrabat. Orientales autem fuisse animis confidentiores cum Occidentibus & Damafoso, probant mutua littera Damasi ad Concilium Constantinopolitanum, & hujus vicissim ad Damafum apud Theodorum lib. 5. c. 9. & 18.

5. Ephefina Synodo præfuit Cyrillus Alexandrinus Episcopus ut Legatus Cælestini Romani Hierarchæ. Quem tamen Cyriulum proprio nomine præfuderunt non subtinuerunt, extra proprie Patriarche fines, in alia Diccesi, quam sibi Constantinopolitanus Episcopus jam vendicabat, ut secundus ab Episcopo Romano Patriarcha. In hujus ergo Synodi actis passim legitur: *Cyrillo Alexandri presidente & locum tenente Jantibimini & religiosissimi Archiepiscopi Romanae Ecclesie Cælestini.* Mox sublignari Juvenalis Jerolymæ Episcopus, Memnon Ephei, Flavianus Vicarius & Locumtenens Risi Episcopi Thessalonica, Theodosius Ancyra Galatia Episcopus. Hac ita singillatim recensio ut dignoscantur præcipua Orientis Metropolis.

6. In Chalcedonensi act. 3. Pachasius & Lucentius Episcopi & Bonifacius Presbyter, Legati sanctissimi Deoque amantissimi Archiepiscopi veteris Romæ. Dein Anazolius sanctissimus Archiepiscopus novæ Romæ, Diccorus Archiepiscopus Alexandria, Maximus Antiochiae, Juvenalis Jerolymæ, Quintilus Heracleæ Macedoniae locum tenens Anafasii Episcopi Thessalonica, Thalassius Cesarea Cappadocie, Stephanus Ephei, Lucianus Byse, locum tenens Cyriaci Episcopi Heracleæ Thracie, Eusebius Ancyra Galatia Episcopus. Hac ita singillatim recensio ut dignoscantur præcipua Orientis Metropolis.

7. In quinta Synodo, quæ est secunda Constantinopolita, præfuit Eutychius Patriarcha Constantinopolis nova Romæ, approbate Vigilio Rôme veteris Pontificis: ad quem sic scribit Eutychius: *Petimus Presidente vestra beatitudine de tribus Capitalis queri & conferri.* Quam epistolam continent istius Synodi acta: Et Zonaras in Justiniano scribit, Synodi Principem fuisse Vigilium Rôme veteris Episcopum. Qui etiam, ut Photius scribit lib. de septem Synodis, istius acta & decreta Concilii confirmavit. Porro in ejus actis & subscriptionibus hæc notatur Episcoporum series: Confidentibus in Secretario Venerabilibus Eutychio SS. Patriarcha Regie Constantinopolis nova Romæ, Apollinario SS. Archiepiscopo Alexandria, Domno SS. Patriarcha Theopoleos, id est Antiochiae, Stephano Episcopo Raphia, & Georgio Episcopo Tiberiadis, & Damiano Episcopo Sotzæ vicem agentibus Eustachii sanctissimi Episcopi Jerolymitani, Benigno Episcopo Heracleæ Thracie, vices agentis Helie Thessalonicensis Episcopi, Theodoro Episcopo Cesarea prime Cappadocia, Andrea Episcopo Ephei, &c.

8. In sexta Synodo, Constantinopolita tertia, act. i. sub Constantino Augusto (cui nomen erat Pogonato,) in Secretario sacri Palati quod cognominatur Trullus, conveniente sancta & universal Synodo, id est Theodoro & Georgio venerabilibus Presbyteris, & Joanne venerabilis Diacono vicem agentibus sanctissi & beatissi. Archiepiscopi Rôme veteris Agathonis, & Joanne sanctissi. Archiepiscopo magna Constanti. Romæ nova, & Petro Presbytero & Monacho Locumtenente sedis Alexandriae (Grace τοντηπτε Αλεξανδρειας) Macario Archiepiscopo Theopoli, & Georgio Presbytero, Monacho & Apocrifario Theodori venerabilis Vicarii. *τοντηπτε* sedis Jerolymorum, & Theodoro Episcopo Ephei, &c.

E 3

9. In

Caesarii, Notitia Ecclesiastica.